†***Patutius** Vincent. Italus, Dominicanus, acerbus adversarius S. Alphonsi, auctor theologiae moralis, n. 1700, m. 1769.

Pavone Ios. Maria, Neapolitanus, congregationis SS. Redemptoris, m. in fine 18. saec.

Pax Iordanus, episc. et canonista.

****Pelbartus** de Temeswar, ord. S. Francisci.

Pellizarius Franciscus, Italus, S. I. *(Manuale Regularium. De monialibus)*, m. 1651.

****Perez** Antonius, Hisp. S. I., n. 1583, m. 1649.

Perez Martinus, Hisp., S. I., simul pietate et ingenio praestantissimus *(De matrimonio* an. 1656*)*.

Pesantius Alexander, Romanus, theologiae et iuris utriusque doctor, 1617.

Petra Vincentius, Card., Comment. *in Constit. Apostolicas.*

†***Petrocorensis,** theologus anonymus, qui theologiam moralem pro usu seminarii Petrocorensis edidit.

Petschacher Benedictus, Benedictinus. *De Restitutione* an. 1676.

Peyrinis (Laurentius de), ordinis Minimorum *(De Privilegiis Regularium etc.)*, m. circa 1620.

Phoebeus Franc. Italus S. I., *Institutiones Iuris Canonici,* m. 1706.

Piasecius Paulus, Polonus, iuris utriusque doctor, archidiaconus Warsaviensis *(Praxis Episcopalis et ecclesiastica)*, circa 1665.

****Pichler** Vitus, Germanus, S. I., professor Ingolstadiensis *(Ius Canonicum. Quaestiones Canonicae)*, m. 1750.

Pignatellus Iacobus, Italus *(Consultationes Canonicae)*, circa 1645.

Pirhing Henricus, Bavarus, S. I., celeber canonista *(Iuris Canonici methodus etc.)*, m. circa 1670.

Pittonius Franciscus Maria, episcopus Imeriae, canonista.

Platelius Iacobus, Belga, S. I., *(Synopsis cursus theologici)*, n. 1608, m. 1681.

Polancus Ioan. S. I., *(Directorium Confessarii. Methodus adiuvandi moribundos)*, 1617.

†***Pontas** Ioannes, Gallus *(Dictionarium Casuum conscientiae)*, n. 1638, m. 1728.

****Pontius** Basilius, Hisp., Augustinianus *(De matrimonio)*, m. 1629.

Pontius Ioan., Hisp., Franciscanus *(Cursus Theologicus)*, circa 1644.

Portel Laurentius, Lusitanus, ord. S. Francisci, theologus pius et sapiens *(Responsa Moralia. Dubia Regularium)*, m. circa 1640.

****Possevinus** Antonius, Italus, S. I., nuntius apostolicus in Polonia, Russia et Suecia. Fuit confessarius S. Francisci Salesii, cum is Patavii studiis vacaret, n. 1534, m. 1611.

Potestas Felix, Italus, ordinis Minorum *(Examen Ecclesiasticum)*.

****Prado** Martinus de, Hisp., Dominicanus, m. 1668.

****Praepositus** Ioan., Belga, S. I., vir sincerae pietatis, n. 1571, m. 1634.

Q

Quaranta Stephanus, Italus, iuris utriusque doctor, 17. saec.

Quarti Paulus Maria, Italus, ex congregatione Clericorum regularium *(In rubricas Missae)*, 1655.

Quintanadvenas Antonius de, Hisp., S. I. *(Singularia Theologiae Moralis)*, m. 1651.

R

Raymundus de Pennafort, sanctus, n. 1175, m. 1275.

Raynaudus Theophilus, Gallus, S. I. *(Opera varia moralia)*, n. 1583, m. 1663.

Rebellus Ferdinandus, Lusitanus, S. I. *(De obligationibus iustitiae, religionis, et charitatis)*, n. 1547, m. 1608.

Rebuffus Petrus, Gallus, iurisconsultus Parisiensis *(Praxis Beneficiorum etc.)*, 1610.

Reding Augustinus, Benedictinus. *Theologia Scholastica,* 1667.

Redoanus Guillelmus. *De Spoliis Ecclesiasticis. De Simonia,* 1570.

****Reginaldus** Valerius, Gallus, S. I., discipulus Maldonati. Fuit vir non minus doctus quam sanctus, et imprimis devotissimus erga sanctissimum sacramentum. S. Franciscus Salesius et S. Carolus Borromaeus eius opera clero commendabant; S. Alphonsus vero pariter eum inter doctores classicos numerat *(Praxis fori poenitentiarii. De prudentia Confessarii)*, m. 1623.

****Reiffenstuel** Anacletus, Bavarus, ord. min. S. Francisci, celeber canonista, citatur saepius sub nomine *Anacleti (Ius Canonic. — Theologia Moralis)*, 18. saec.

****Reuter** Ioannes, Germanus, S. I. *Doctrinae soliditate, concinnitate et ordine rerum insignis. Theologia Moralis,* m. 1762.

Rhodes Georgius de, Gallus, S. I. *(Theologia Scholastica)*, m. 1661.

Riccius Aloysius, canonicus Neapolitanus *(Praxis aurea fori ecclesiastici)*, 1674.

****Rodriguez** Emmanuel, Lusitanus, ord. S. Francisci *(Summa Casuum, Quaestiones Regulares et Canonicae)*, n. 1551, m. 1619.

****Roncaglia** Constantinus, Italus, congregationis Matris Dei *(Theologia Moralis)*, 18. saec.

Rosa Thomas de. *De executoribus litterarum Apostolicarum,* 1683.

Rosell Ioseph Carthusianus. *Praxis deponendi conscientiam dubiam et scrupulos,* 1656.

Rosella. Vide **Trovamala.**

Rosmer Paulus, Belga, S. I. *(De Act. hum. — De Iure et Iustitia — De Poenitentia)*, m. 1664.

S

****Sa** Emmanuel, Lusitanus, S. I., Sanctus Pius V. eum magni aestimabat et in nova editione bibliorum sacrorum adhibuit *(Aphorismi Confessariorum)*, n. 1530, m. 1596.

****Sabinus** Franciscus, Bononiensis, ordinis Minorum, 17. saec.

†**Saettler** Gaspar, Doctor Argentinensis. *Theologia Moralis universa,* 18. saec.

****Salas** Ioan. de, Hisp., S. I. *(In 2. 2. S. Thomae. De Contractibus)*, m. 1613.

****Salmanticenses,** patres Carmelitae discalceati, civitatis Salmanticae *(Cursus Theologicus)*, 17. saec.

Salmeron Alphonsus, Hisp., S. I., S. Ignatii socius, interfuit concilio Tridentino.

****Salonius** Mich., Hisp., ordinis S. Augustini *(De Iure et Iustitia etc.)*, 17. saec.

****Sanchez** Thomas, Hisp., S. I. *(Opus morale in Decalogum. De matrimonio)*, n. 1551, m. 1610.

Sancius (Sanchez), Ioan., Hisp., doctor utriusque iuris, auctor nimis benignus *(Disputationes selectae)*, circa 1620.

****Santarellus** Antonius, Italus, S. I., n. 1569, m. 1649.

****Sayrus** Gregorius, Anglus, Benedictinus de Monte Casino *(Clavis Regia. De Censuris)*, m. 1602.

Sbroccius Iacobus. *De Vicario Episcopi,* 1592.

Schiara Anton. Thomas, Clericus Regularis, *Theologia bellica,* 1707.

****Schildere** Ludovicus de, Belga, S. I. *(De principiis formandae conscientiae)*, n. 1606. m. 1667.

Schmalzgrueber Franciscus, S. I. *Ius ecclesiasticum universum.*

Scotus Ioan, Duns. Franciscanus, doctor *Subtilis,* m. 1308.

****Serra** Ioan. Angelus, Italus, m. 1775.

****Sfondratus** Coelestinus, Benedictinus, docuit ius canon. Salisburgi, tunc abbas monasterii S. Galli, demum Cardinalis creatus est, n. 1649, m. 1696.

***Silvester** (Prieras), Italus, magister sacri Palatii et praepositus generalis ordinis S. Dominici *(Summa Silvestrina)*, m. 1523.

Simanchus Iacobus, Italus, episcopus Pacensis.

Simonet Edmundus, Gallus, n. 1662, m. 1733.

†* **Sinnichius** Ioan., Hibernus, doctor Lovaniensis, Iansenii propugnator, qui non dubitavit asserere: « Non potest damnari Iansenius nisi ridente Pelagio, plorante Augustino. » Idem est auctor propositionis damnatae, quae aiebat, non esse licitum inter opiniones probabiles sequi probabilissimam, m. 1666.

Sorbo Hieronymus de, Capuccinus.

****Sotus** Dominicus, Hisp., ord. S. Dominici, docuit theologiam per 30 annos in universitate Salmanticensi et interfuit concilio Tridentino *(In 4. libr. Sententiarum. De Iustitia et Iure)*, n. 1494, m. 1560.

Sotus Petrus, Hispanus, ord. S. Dominici *(De institutione Sacerdotum)*, m. 1563.

Spe Fridericus, Germanus, S. I., *Cautio criminalis*, m. 1635.

Sperellus Alexander, Italus, episcopus Eugubinus *(Decisiones fori ecclesiastici)*, circa 1638.

****Sporer** Patritius, Germanus, Passaviensis, ord. S. Francisci, definitor sui ordinis. De hoc auctore ait S. Alphonsus, quod fuit in suis sententiis satis aequus et forte aliquando plus, quam par est, benignus *(Theol. Moralis etc.)*, m. post 1700.

Stephanus a S. Paulo, Carmelita *(Theologia Moralis)*.

****Stoz** Matthaeus, Germanus, S. I. *(Tribunal poenitentiale)*, n. 1614, m. 1678.

****Struggl** Marcus M., *egregius ex ord. Serv. B. M. V. Theologus Theologia Moralis iuxta SS. Canones, et probatos auctores etc.* 1758.

****Suarez** Franciscus, Hisp., S. I., vir fundatissimae scientiae et profundae humilitatis. Docuit theologiam cum summa laude Compluti, Salmanticae et Romae, et 23 tomos in folio praeter manuscripta reliquit. Benedictus XIV. ipsum luminare theologiae nuncupavit. Bossuetus eum imprimis quasi doctorem omnigenae scientiae laudat; S. Alphonsus vero doctoribus classicis annumerat. Tali fuit vitae sanctitate, ut moriens prae dulci iubilo exclamare posset, se non putasse, tam facilem esse exitum. Multi opinati sunt, scientias illi divinitus infusas fuisse, n. 1548, m. 1617.

Suarez Ioan., Lusitanus, ord. S. Augustini, episcopus Colimbriensis, interfuit concilio Tridentino, m. 1580.

** **Sylvius** Franciscus, Belga, canonicus et decanus sancti Amati Duaci, ubi plus quam 30 annos theologiam docuit. Vir simul doctus et sanctus, n. 1581, m. 1649.

T

†***Taberna** Ioan. Bapt., Belga, S. I. *(Synopsis Theologiae practicae)* (1), c. 1700.

Tabiena Ioan., Italus. Dominicanus *(Summa Tabiena, seu Summa Summarum)*, c. 1525.

Tamburini Ascanius, Congr. Vallumbrosanae. *De Iure Abbatum.*

Tamburini Thomas, Siculis, S. I., docuit 24 annos theologiam, et subinde librorum censor ac consultor sacri Officii factus est. Auctor nimis benignus *(In Decalogum etc.)* n. 1591, m. 1675.

Tancredus Vincentius, Italus, S. I. *(Quaestiones morale, De matrimonio, De virtute Religionis)*, n. 1609, m. 1659.

****Tanner** Adam, Germanus, S. I., natus Oeniponti, docuit theologiam Ingolstadii et Monachii 20 annos; sed crescente fama Mathias imperator eum Viennam accersivit, ut pro Martino Becano theo-

(1) Fuerunt qui Tabernam potius laxitatis incusarunt. Quam notam alii deinceps ab eo depulerunt. Vid. infr. V. *Vindiciae.*

logiam explicaret: Ferdinandus vero II. universitati Pragensi cancellarium dedit, quando eam Societati Iesu commisit. Demum adversante valetudine et Gustavo Adolpho Bavariam incursante, in Tirolim regressus in ipso itinere extinctus est. Variarum linguarum peritus, historiae ecclesiasticae amator, sanctorum Patrum indefessus pervestigator, magna auctoritate pollebat, quam virtutes religiosae adhuc augebant, n. 1572, m. 1632.

****Terillus** Antonius, Anglus, S. I., doctor et professor Lovaniensis eruditissimus, probabilistarum antesignanus, ut ait Amort *(De conscientia probabili, regula morum)*, c. 1668.

Thesaurus Carolus, S. I., *De Poenis ecclesiasticis.*

Thomas Aquinas sanctus, doctor Angelicus, n. 1227, m. 1274.

Thomassinus Ludovicus, Gallus, congregationis Oratorii *(Vetus et nova disciplina Ecclesiae circa beneficia etc.)*, n. 1619, m. 1695.

Tiraquellus Andreas, Gallus, celeber iurisperitus *(De privilegiis piae causae)*, m. 1558.

****Toletus** Franciscus, Hisp., fuit singulare decus *Societatis Iesu*, et cum Bellarmino, Lugone, Pallavicino dignus habitus est, qui in sacrum collegium Cardinalium assumeretur. Summam scientiam cum profunda humilitate et devotione ita egregie coniunxit, ut multi dubitarent, num potius sanctitatem an doctrinam mirarentur. Ipsius instructio sacerdotum cum summa laude christiani orbis excepta, et a S. Francisco Salesio ut tutam doctrinam continens clero commendata est. Cabassutius, quamvis antiprobabilista, non dubitavit dicere, quod plura saecula virum tanti meriti vix visura sint, nec ullas laudes sufficere pro Card. Toleto, n. 1532, m. 1596 (1).

Tonduti Petrus Franciscus de. *(Quaestiones et Resolutiones canonicae etc.)*.

Trovamala Ioan. Bapt. de, Italus, ordinis Minorum, auctor summae quae dicitur *Rosella*, 15. saec.

****Trullenchus** Ioan., Hisp. *(Praxis Sacramentorum)*, m. 1633.

Tuccius Stephanus, Italus, S. I., 16. saec.

Turrecremata Ioan. de, Hispanus, ordinis S. Dominici, Cardinalis, episcopus Sabinensis, n. 1388, m. 1468.

Turrianus Aloysius, Hisp., S. I. *(In 1. 2. S. Thomae. De Poenitentia. De virtutibus et vitiis)*, n. 1562, m. 1635.

Tuscus Dominicus, Card. *(Practicae conclusiones iuris)*, m. 1620.

U

Ubaldis Petrus de, Italus, celeber iurisconsultus, n. 1400.

Ugolinus Bartholomaeus, Italus, ordinis eremitarum S. Augustini *De Censuris et irregularitatibus*, 16, saec.

Urbanus ab Ascensione, Carmelit., 1648.

Ursaya Dominicus, iurisconsultus Romanus.

V

Valente Franciscus Lusitanus, S. I. *Concordia iuris Pontificii cum Caesareo*, m. 1662.

****Valentia** Gregorius a, Hisp., S. I., docuit philosophiam et theologiam Romae, Ingolstadii et Dilingae *(Comment. Theol. in Quaestiones S. Thomae etc.)*, n. 1543, m. 1603.

Valentin, Gallus, *scripsit gallice de Praeceptis, et Sacerdotali officio*, m. 1847.

Van-Espen (Zegerus Bernardus), Belga, vir apostolicae Sedi infensissimus, n. 1646, m. 1728.

(1) Eiusdem *In Summam Theologiae S. Thomae Aquinatis Enarratio ex autographo primum* edita est *Romae typis S. Congregationis de Propaganda Fide* annis 1869 et 1870, comprehensa quattuor tomis in 4°.

****Vasquez** Gabriel Hisp., S. I., docuit 30 annos theologiam Romae et Compluti. In illo virtus cum doctrina, obedientia cum ingenio, pietas cum sapientia certare videbatur. Benedictus XIV, eum et Suarez duo luminaria theologiae nominavit, n. 1551, m. 1604.

Vega Alphonsus, Hisp., ord. Minorum, c. 1596.

Vega Andreas Franciscanus, *vir doctrina eximius et Tridentini Concilii Theologus.*

****Velasco** Achatius, Hisp. ordinis S. Dominici, episcopus Oriolensis, m. 1765.

Velasquez Ioan. Ant., Hisp., S. I., n. 1585, m. 1669.

Ventriglia Ioan. Bapt., Italus, episcopus Casertinus.

Veracrux Alphonsus, Hisp., 16. saec.

Verricellus Angelus Maria, Italus, Clericus regularis *De Apostolicis Missionibus,* 17. saec.

****Victoria** Franciscus de, Hisp., Dominicanus, habuit celeberrimos discipulos, Dominicum Sotum, Bartholomaeum Medinam et Melchiorem Canum, qui ipsum summum theologiae praeceptorem ducemque optimum appellavit, m. 1549.

****Vidal** Marcus, Italus, Clericus regularis et professor theologiae, 16. saec.

Viexmontius Claudius, parisiensis. *Salutaris poenitentia peccatoris,* 1595.

** **Villalobos** Henricus de, Hisp., Franciscanus *(Candelabrum aureum De Sacramentis, et Censuris),* c. 1620.

****Villar** Thomas, Hisp., ord. S. Dominici, c. 1650.

Vindiciae Gobatianae, sive *examen propositionum, quas ex operibus P. Gobat damnavit Episcopus Atrebatensis,* 1706.

Vindiciae Tabernae, sive *Auctor Anonymus, qni Tabernam defendit contra damnationem Episcopi Atrebatensis,* 1706.

****Viva** Dominicus, Italus, S. I., docuit 30 annos theologiam Neapoli. Benedictus XIV, eum cum laude memorat *(Damnatae theses. Cursus Theol. Moral.),* m. circa 1710.

Vivaldus Martinus Alphonsus, Italus, canonicus regularis congregationis SS. Salvatoris, c. 1590.

Vogler Iosephus, Germanus, S. I. *Iuris cultor, Theologus, circa obligationes restitutionis,* saec. 18.

****Voit** Edmundus, Germanus, S. I. *Theologia moralis practica,* m. ad fin. saec. 18.

Volpiliere Philippus de. *Theologia speculativa et practica,* 1590.

W

Wadingus Petrus, Hibernus, S. I. *(De contractibus),* n. 1586, m. 1644.

Wagnereck, Bavarus, S. Iesu, *Commentarius exegeticus in Decretales,* 1665,

Waldensis Thomas, Anglus, m. 1430.

†***Wendrochius** Guillelmus, Iansenianus rigidissimus, cuius liber de probabilismo damnatus et flammis traditus est, 17. saec.

Wex Iacobus, Germ., S. I. *(Ariadne Carolino-Canonica),* 17. saec.

Wiestner Iacobus, Germ., S. I. *(Institutiones Canonicae),* 17. saec.

†***Wigandt** Martinus, Germanus, Dominicanus, professor theologiae in universitate Viennensi, 16. saec.

Wiggers Ioan., Belga, doctor Lovaniensis. vir valde doctus, et pius, n. 1571. m. 1639.

†**Witassus** Carolus, Gallus, doctor sorbonicus, n. 1660, m. 1716.

Z

Zabarella Paulus, Cardinalis, Patavinus, Augustinianus.

****Zacharia** Franciscus Anton., Italus, S. I., n. 1712, m. 1796.

Zacchias Paulus, Medicus romanus. *Quaestiones medico-legales,* saec. 17.

Zambranus Melchior, Hisp. *(Aureae decisiones casuum Conscientiae),* circa 1604.

Zanardus Michael, Italus, auctor nimis benignus, n. 1570, m. 1641.

Zecchius Laelius, Iurisconsultus, Canonicus Brixiensis. *De Republica ecclesiastica etc.,* c. 1580.

Zechius Franc. Xav., Germanus, S. I., professor Ingolstadiensis, m. c. 1750.

****Zerola** Thomas, Italus, episcopus Minoricensis *(Praxis Episcopalis. Praxis Sacramenti Poenitentiae),* m. 1663.

Zoesius Henricus, I. U. D. Lovanii. *In Ius Canonicum universum,* m. 1627.

Zumel Franciscus, Hisp., ordinis de Mercede, m. 1706.

Zypus Franciscus, Iurisc., Vicarius Generalis Antuerpiae. *Responsa de Iure Canonico. De Iurisdictione ecclesiastica. Ius Pontificium novum.*